



VIGILE PASCALE

STATION A SAINT-JEAN-DE-LATRAN

BENEDICTION DU FEU NOUVEAU

☩. Dóminus vobíscum.

☩. Et cum spírítu tuo.

Orémus. – Deus, qui per Fílium tuum, angulárem scílicet lápidem, claritátis tuæ ignem fidélibus contulísti : productum e sílice, nostris profutúrum úsibus, novum hunc ignem sancti ✠ fica : et concéde nobis, ita per hęc festa paschália cæléstibus desidériis inflammári ; ut ad perpétuæ claritátis, puris méntibus, valeámus festa pertíngere. Per eúndem Christum Dóminum nostrum.

☩. Amen.

Orémus. – Dómine Deus, Pater omnípotens, lumen indeficiens, qui es cónditor ómnium lúminum : béne ✠ dic hoc lumen, quod a te sanctificátum atque benedíctum est, qui illuminásti omnem mundum : ut ab eo lúmine accendámur, atque illuminémur igne claritátis tuæ : et sicut illuminásti Móysen exeúntem de Ægýpto, ita illúmines corda, et sensus nostros ; ut ad vitam et lucem ætérnam perveníre mereámuR. Per Christum Dóminum nostrum.

☩. Amen.

Prions. – Dieu qui par ton Fils, véritable pierre angulaire, as donné à tes fidèles le feu de ta lumière ; sanctifie ce feu nouveau que voici, tiré d'une roche pour notre usage ; et accorde-nous d'être, à la faveur de ces fêtes pascales, enflammés d'un si grand désir du ciel que nous puissions parvenir, avec un cœur pur, aux fêtes de l'éternelle lumière. Par le même Christ notre Seigneur.

Prions. – Seigneur Dieu, Père tout-puissant, lumière immortelle, qui es le créateur de toutes les lumières, bénis cette lumière qui a été sanctifiée et bénie par toi qui as éclairé le monde entier, afin que nous soyons enflammés par cette lumière et illuminés par le feu de ta clarté et comme tu as éclairé Moïse sortant d'Égypte, ainsi éclaire nos cœurs et nos esprits, afin que nous méritions de parvenir à la vie et à la lumière éternelle. Par le Christ notre Seigneur.

Orémus. — Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus : benedicéntibus nobis hunc ignem in nómine tuo, et unigéniti Fílii tui, Dei ac Dómini nostri Jesu Christi, et Spíritus Sancti, cooperári dignéris ; et ádjuva nos contra igníta tela inimíci, et illústra grátia cœlésti. Qui vivis et regnas cum eódem Unigénito tuo, et Spíritu Sancto, Deus : per ómnia sœcula sœculórum.

R̄. Amen.

BENEDICTION DES CINQ GRAINS D'ENCENS

Ces grains figurent les 5 plaies de Notre Seigneur Jésus-Christ, ils seront fixés au cierge pascal durant le chant de l'Exultet.

℣. Dóminus vobíscum.

R̄. Et cum spírítu tuo.

Orémus. — Véniat, quæsumus, omnípotens Deus, super hoc incénsum larga tuæ bene ✠ dictionis infúsió : et hunc noctúrnum splendórem invisíbilis regenerátor accénde ; ut non solum sacrificium, quod hac nocte litátum est, arcána lúminis tui admixtióne refúlgeat ; sed in quocúmque loco ex hujus sanctificatiónis mystério aliquid fúerit deportátum, expúlso diabólicæ fraudis nequítia, virtus tuæ maiestátis assistat. Per Christum, Dóminum nostrum.

R̄. Amen.

Le Célébrant asperge trois fois les cinq grains d'encens & le feu nouveau d'eau bénite, puis les encense aussi trois fois.

PROCESSION D'ENTREE

L'église est dans l'obscurité complète. Croix en tête, on se rend au chœur en procession. La procession s'arrête trois fois, au fond de l'église, au centre, et au milieu du chœur. À chaque arrêt, on chante, chaque fois sur un ton plus élevé :

℣. Lumen Christi.


℣. Lumière du Christ !

À chaque reprise, toute l'assistance fait la gémflexion et répond :

R̄. Deo grátias.

R̄. Rendons grâces à Dieu.

Prions. — Seigneur saint, Père tout-puissant, Dieu éternel, daigne coopérer aux bénédictions de ce feu que nous donnons en ton nom et en celui de ton Fils unique, notre Dieu et Seigneur Jésus-Christ, et du Saint-Esprit ; défends-nous contre les traits de feu de nos ennemis et éclaire-nous de la grâce céleste. Toi qui vis et règnes avec ce même Fils unique et le Saint-Esprit dans tous les siècles des siècles.



Le FEU nouveau le jour du SAMEDI SAINT.

PROCLAMATION PASCALE - PRÆCONIVM PASCALE BENEDICTION DU CIERGE PASCAL – BENEDICTIO CEREI

Le célébrant bénit à voix basse le diacre qui va chanter l'Exultet :

Dóminus sit in corde tuo et in labiis tuis : ut digne et competenter annúnties suum paschále præcónium : In nómine Patris, et Filii, + et Spíritus Sancti. Amen.

Que le Seigneur soit dans ton cœur et sur tes lèvres afin que tu annonces dignement et convenablement la proclamation de sa Pâque ; au nom du Père, et du Fils, et du Saint-Esprit. Amen.

Le diacre, après avoir encensé le livre de la proclamation pascale, chante celle-ci

Exsúltet jam Angélica turba cœlórum :
exsúltent divína mystéria : et pro tanti
Regis victória, tuba ínsonet salutáris.
Gáudeat et tellus tantis irradiáta fulgóri-
bus : et ætérni Regis splendóre illustráta,
totíus orbis se sentiat amisísse
caliginem. Lætétur et mater Ecclésia,
tanti lúminis adornáta fulgóribus : et
magnis populórum vóci bus hęc aula
resúltet.

Qu'exulte de joie désormais la foule des anges dans les cieux : et devant la victoire d'un si grand Roi, que sonne la trompette pour proclamer notre salut. Que se réjouisse aussi la terre, irradiée de rayons si brillants : et revêtue de la splendeur de notre Roi, qu'elle sente bien de quel poids on l'a libérée en chassant la ténèbre qui pesait sur le monde. Que notre mère l'Eglise, à son tour, soit dans la joie, parée des rayons d'une si intense lumière : et que ce lieu retentisse des fortes acclamations que chantent les peuples.

Quaprópter adstántes vos, frates carís-
simi, ad tam miram hujus sancti lúminis
claritátem, una mecum, quæso, Dei om-
nipoténtis misericórdiam invocáte. Ut
qui me non meis méritis intra Levítárum
númerum dignátus est aggregáre : lúmi-
nis sui claritátem infúdens, Cérei hujus
laudem implére perfíciat.

C'est pourquoi, très chers frères qui vous tenez ici debout, tournés vers l'admirable clarté de cette sainte lumière, je vous prie d'invoquer avec moi la tendresse maternelle du Dieu tout-puissant. Pour que celui qui, par grâce et non à cause de mes mérites, m'a appelé au nombre de ses Lévités, répande en moi la clarté de sa lumière et me donne de manifester pleinement la louange attachée à ce Cierge.

Per Dóminum nostrum Jesum Christum
Fílium suum : Qui cum eo vivit et regnat
in unitate Spíritus Sancti Deus. Per óm-
nia sæcula sæculórum.

R. Amen

V. Dóminus vobíscum

R. Et cum Spíritu tuo

V. Sursum corda

R. Habémus ad Dóminum

V. Grátias agámus Dómino Deo nostro

R. Dignum et justum est

Vere dignum et justum est, invisibilem
Deum Patrem omnipotentem, Fíliúmque
ejus unigénitum, Dóminum nostrum
Jesum Christum, toto cordis ac mentis
afféctu, et vocis ministério personæ.
Qui pro nobis ætérno Patri Adæ débitum
solvit : et vétéris piáculi cautiónem pio
crúore detérsit.

Hæc sunt enim festa paschália, in quibus
verus ille Agnus occíditur, cujus
sanguine postes fidélium consecrántur.

Hæc nox est, in qua primum patres nos-
tros filios Israel edúctos de Ægypto,
mare Rubrum sicco vestígio transíre
fecísti. Hæc ígitur nox est, quæ pec-
catorum ténebras, colúmnæ illumina-
tione purgávit. Hæc nox est, quæ hódie
per univérsum mundum in Christo cre-
dentes, a vítiis sæculi, et calígine pec-
catorum segregátos, reddit grátia, sóciat
sanctitáti. Hæc nox est, in qua destrúctis
vínculis mortis, Christus ab ínferis vic-
tor ascéndit.

Nihil enim nobis nasci prófuit, nisi ré-
dimi profúisset. O mira circa nos tuæ
pietátis dignátio ! O inæstimábilis diléc-
tio caritátis : ut servum redímeres,
Fílium tradidísti !

O certe necessárium Adæ peccátum,
quod Christi morte delétum est ! O felix

*Par Jésus-Christ, son Fils, notre Sei-
gneur, qui vit et règne avec lui dans
l'unité du Saint-Esprit, Dieu pour tous les
siècles des siècles.*

R. Amen

V. Le Seigneur soit avec vous.

R. Et avec ton esprit.

V. Élevons nos cœurs.

R. Nous les avons vers le Seigneur.

V. Rendons grâce au Seigneur notre
Dieu.

R. Cela est digne et juste.

*Vraiment, il est digne et juste de chanter
à pleine voix et de toute l'ardeur de notre
cœur le Père tout-puissant, Dieu invi-
sible, et son Fils unique, Jésus-Christ,
notre Seigneur. C'est lui qui, pour nous,
a acquitté devant le Père éternel ce que
devait Adam ; c'est lui qui répandit son
sang par amour pour annuler la servitude
issue de l'antique péché.*

*Car ce sont maintenant les fêtes pascales,
dans lesquelles Il est mis à mort,
l'Agneau véritable dont le sang consacre
les portes des croyants.*

*La voici la nuit où après avoir tiré
d'Égypte les enfants d'Israël, nos pères,
tu leur as fait passer la mer Rouge à pied
sec. C'est cette nuit qui a dissipé les té-
nèbres du péché quand a jailli l'éclat de
la colonne de feu. C'est cette nuit qui ar-
rache aujourd'hui aux corruptions du
siècle et aux ténèbres du péché ceux qui,
partout dans le monde, croient au Christ :
elle les rend à la grâce, elle les réunit
dans la communion des Saints. Voici la
nuit où le Christ, ayant détruit les liens de
la mort, s'est relevé victorieux des enfers.*

*En effet il ne nous aurait servi à rien de
naître sans le bonheur d'être sauvé. Ô
merveilleux effet de ta bonté pour nous !
Ô inestimable effusion de la charité di-
vine : pour racheter l'esclave, tu livres le
Fils !*

*Ô Péché d'Adam, assurément indispen-
sable maintenant que la mort du Christ*

culpa, quæ talem ac tantum méruit habere Redemptórem !

O vere beáta nox, quæ sola méruit scire tempus et horam, in qua Christus ab ínferis resurréxit ! Hæc nox est, de qua scriptum est : Et nox sicut dies illuminábitur : Et nox illuminátio mea in delíciis meis.

Hujus ígitur sanctíficatio noctis fugat scélera, culpas lavat : et reddit innocéntiam lapsis, et mœstis lætítiam. Fugat ódia, concórdiam parat, et curvat impéria.

Ici le diacre interrompt le chant de la proclamation pascale, fixe les cinq grains d'encens sur le cierge pascal, sans chanter :

In hujus ígitur noctis grátia, súscipe, sancte Pater, incénsi hujus sacrificium vespertinum : quod tibi in hac Cérei oblatióne solémni, per ministrórum manus de opéribus apum, sacrosáncta reddit Ecclésia. Sed jam colúmnae hujus præcónia nóvimus, quam in honórem Dei rútilans ignis accéndit.

Le diacre allume à ce moment le cierge pascal.

Qui licet sit divísus in partes, mutuáti tamen lúminis detriménta non novit. Alitur enim liquántibus ceris, quas in substántiam pretiósæ hujus lámpadis, apis mater edúxit.

On allume alors les lampes de l'église.

O vere beáta nox, quæ exspoliávit Ægyptios, ditávit Hebræos ! Nox, in qua terrénis cæléstia, humánis divína jungúntur.

Orámus ergo te, Dómine ; ut Céreus iste in honórem tui nóminis consecrátus, ad noctis hujus caliginem destruéndam, indeficiens persevéret. Et in odórem suavitátis accéptus, supérnis lumináribus misceátur.

Flammas ejus lúcifer matutínus invéniat. Ille, inquam, lúcifer, qui nescit occásus. Ille, qui regréssus ab ínferis, humano géneri sérénus illúxit.

l'abolit ! Ô bienheureuse faute qui nous valut un tel Rédempteur !

Ô nuit de vrai bonheur qui seule a eu le privilège de connaître le temps et l'heure où le Christ a surgi des enfers ! C'est de cette nuit qu'il fut écrit : « Et la nuit comme le jour resplendira ; et la nuit même est ma clarté dans mes délices. »

Car le pouvoir sanctifiant de cette nuit chasse les crimes et lave les fautes, rend l'innocence aux coupables et l'allégresse aux affligés, dissipe la haine, dispose à l'amitié et soumet toute puissance.

Dans la grâce de cette nuit, accueille, Père saint, en sacrifice du soir, la flamme montant de cette colonne de cire que l'industrie des abeilles a produite et que l'Église t'offre par nos mains. Nous savons ce que proclame cette colonne qui est allumée en l'honneur de Dieu.

Cependant cette lumière, bien qu'elle soit divisée en parties, n'est aucunement diminuée en se communiquant. Elle s'alimente à la cire que l'abeille féconde a distillée pour nourrir ce précieux lumineux.

Ô nuit de vrai bonheur qui dépouilla les Égyptiens et enrichit les Hébreux ! Nuit où le ciel s'unit à la terre, où l'homme rencontre Dieu.

Aussi nous t'en prions, Seigneur : Permetts que ce cierge pascal, consacré à ton nom, brûle sans déclin pour vaincre les ténèbres de cette nuit ; qu'il soit agréable à tes yeux, et joigne sa clarté à celle des étoiles.

Qu'il brûle encore quand se lèvera l'astre du matin, celui qui ne connaît pas de couchant, le Christ ressuscité, revenu des enfers, répandant sur les humains sa lumière et sa paix.

Precámur ergo te, Dómine : ut nos fámulos tuos, omnémque clerum, et devotíssimum pópulum : una cum beátissimo Papa nostro Francisco et Antistite nostro Michaelo, quiéte tempórum concéssa, in his paschálibus gáudiis, assídua protectioné régere, gubernáre, et conserváre dignéris.


Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus : per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

Et maintenant, nous te supplions, Seigneur : Fais que tes serviteurs, le clergé et le peuple fidèle, en union avec notre Pape François et notre évêque Michel, connaissent des jours de paix durant ces fêtes pascales ; dirige-nous et garde-nous sous ta constante protection.

Par Jésus-Christ, ton Fils, notre Seigneur, qui vit et règne avec toi dans l'unité du Saint-Esprit, car il est Dieu, pour tous les siècles des siècles.

R. Amen.



BENEDICTION du CIERGE PASCAL.

In princípio creávit Deus cælum et terram. Terra autem erat inánis et vácuá, et ténébræ erant super fáciem abyssi : et Spíritus Dei ferebátur super aquas. Dixítque Deus : « Fiat lux. » Et facta est lux. Et vidit Deus lucem quod esset bona : et divísit lucem a ténébris. Appellávitque lucem Diem, et ténébras Noc-tem : factúmque est vésperé, et mane, dies unus.

Dixit quoque Deus : « Fiat firmaméntum in médio aquárum : et dívidat aquas ab aquis. » Et fecit Deus firmaméntum, divisítque aquas, quæ erant sub firmaménto, ab his, quæ erant super firmaméntum. Et factum est ita. Vocávitque Deus firmaméntum Cælum : et factum est vésperé, et mane, dies secúndus.

Dixit vero Deus : « Congregéntur aquæ, quæ sub cælo sunt, in locum unum : et appáreat árida. »

Au commencement, Dieu créa le ciel et la terre. Et la terre était informe et vide, et les ténèbres étaient au-dessus de l'abîme, et l'Esprit de Dieu planait au-dessus des eaux. Et Dieu dit : « Que la lumière soit. » Et la lumière fut. Et Dieu vit que la lumière était bonne, et Dieu sépara la lumière d'avec les ténèbres. Et Dieu appela la lumière « jour », et il appela les ténèbres « nuit ». Et il y eut un soir et il y eut un matin : premier jour.

Et Dieu dit : « Qu'il y ait un firmament au milieu des eaux, pour séparer les eaux d'avec les eaux. » Et Dieu fit le firmament, et il sépara les eaux qui sont au-dessous du firmament d'avec les eaux qui sont au-dessus du firmament. Et il en fut ainsi. Et Dieu appela le firmament « ciel ». Et il y eut un soir et il y eut un matin : deuxième jour.

Et Dieu dit : « Que les eaux qui sont au-dessous du ciel s'amassent dans un seul

Et factum est ita. Et vocávit Deus áridam, Terram : congregationésque aquárum appellávit Mária. Et vidit Deus quod esset bonum. Et ait : « Gérminet terra herbam viréntem, et faciéntem semen, et lignum pomíferum fáciens fructum juxta genus suum, cujus semen in semetípso sit super terram. » Et factum est ita. Et prótulit terra herbam viréntem, et faciéntem semen juxta genus suum, lignúmque fáciens fructum, et habens unumquódque seméntem secúndum spéciem suam. Et vidit Deus quod esset bonum. Et factum est vésperé, et mane, dies tértius.

Dixit autem Deus : « Fiant luminária in firmaménto cæli, et dívidant diem ac noctem, et sint in signa, et témpora, et dies, et annos : ut lúceant in firmaménto cæli, et illúminent terram. » Et factum est ita. Fecítque

lieu, et que le continent apparaisse. » Et il en fut ainsi. Et Dieu appela le continent « terre », et il appela l'amas des eaux « mers ». Et Dieu vit que cela était bon. Et Dieu dit : « Que la terre fasse pousser la verdure, l'herbe portant semence, et l'arbre à fruit donnant des fruits selon son espèce, qui ait en soi sa semence sur la terre. » Et il en fut ainsi. Et la terre produisit la verdure, l'herbe portant semence sur la terre. » Et il en fut ainsi. Et la terre produisit la verdure, l'herbe portant semence selon son espèce et l'arbre donnant du fruit qui a en soi sa semence selon son espèce. Et Dieu vit que cela était bon. Et il y eut un soir et il y eut un matin : troisième jour.

Et Dieu dit : « Qu'il y ait des luminaires au firmament du ciel, pour séparer le jour d'avec la nuit ; ils serviront de signes pour marquer les temps, les jours et les années ; et ils serviront de luminaires au fir-

Deus duo luminária magna : lumináre majus, ut præessent diéi : et lumináre minus, ut præesset nocti : et stellas. Et pósuit eas in firmaménto cæli, ut lucérent super terram, et præessent diéi ac nocti, et dividèrent lucem ac ténébras. Et vidit Deus quod esset bonum. Et factum est vésperé, et mane, dies quartus.

Dixit étiam Deus : « Produçant aquæ réptile animæ vivéntis, et volátile super terram sub firmaménto cæli. » Creavítque Deus cete grándia, et omnem animam vivéntem atque motábilem, quam produxerant aquæ in espécies suas, et omne volátile secúndum genus suum. Et vidit Deus quod esset bonum. Benedixítque eis, dicens : « Créscite, et multiplicámini, et repléte aquas maris : avésque multiplicéntur su-

mament du ciel pour luire au-dessus de la terre. » Et il en fut ainsi. Et Dieu fit les deux grands luminaires, le plus grand luminaire pour présider au jour et le plus petit luminaire pour présider à la nuit, et puis les étoiles. Et Dieu les plaça au firmament du ciel pour luire au-dessus de la terre, et pour présider au jour et à la nuit, et pour séparer la lumière d'avec les ténèbres. Et Dieu vit que cela était bon. Et il y eut un soir et il y eut un matin : quatrième jour.

Et Dieu dit : « Que les eaux pullulent d'un pullulement d'êtres vivants, et que des volatiles volent au-dessus de la terre, face au firmament du ciel. » Et Dieu créa les grands monstres marins, et tout être vivant qui grouille, dont les eaux pullulent, selon son espèce, et tout volatile ailé selon son espèce. Et Dieu vit que cela était bon. Et Dieu les bénit en disant : « Soyez féconds, multipliez, remplissez les eaux dans les mers, et que

per terram. » Et factum est vespere, et mane, dies quintus.

Dixit quoque Deus : « Producat terra animam viventem in genere suo : juménta et reptília, et béstias terræ secúndum espécies suas. » Factúmque est ita. Et fecit Deus béstias terræ juxta espécies suas, et juménta, et omne réptile terræ in genere suo. Et vidit Deus quod esset bonum, et ait : « Faciámus hóminem ad imáginem, et similitúdinem nostram : et præsit píscibus maris, et volatílibus cæli, et béstiis, universæque terræ, omníque réptili, quod movétur in terra. » Et creávit Deus hóminem ad imáginem suam : ad imáginem Dei creávit illum, másculum et féminam creávit eos. Benedixítque illis Deus, et ait : « Créscite, et multiplicámini, et repléte terram, et subjícite eam, et dominámini píscibus maris, et volatílibus

les volatiles multiplient sur la terre. » Et il y eut un soir et il y eut un matin : cinquième jour.

Et Dieu dit : « Que la terre produise des êtres vivants selon leur espèce, bestiaux, reptiles, et bêtes sauvages, selon leur espèce. » Et il en fut ainsi. Et Dieu vit que cela était bon. Et Dieu dit : « Faisons l'homme à notre image, selon notre ressemblance, et qu'ils commandent aux poissons de la mer, et aux oiseaux du ciel, et aux bestiaux, et à toutes les bêtes sauvages, et à tous les reptiles qui rampent sur la terre. » Et Dieu créa l'homme à son image : à l'image de Dieu il le créa, homme et femme il les créa. Et Dieu les bénit, et Dieu leur dit : « Soyez féconds, multipliez, remplissez la terre et soumettez-la ; commandez aux poissons de la mer et aux oiseaux du ciel et à tout être vivant qui rampe sur la terre. » Et Dieu dit : « Voici que je vous ai donné toute herbe

cæli, et univérsis animántibus, quæ movéntur super terram. » Dixítque Deus : « Ecce dedi vobis omnem herbam afferéntem semen super terram, et univérsla ligna, quæ habent in semetípsis seméntem géneris sui, ut sint vobis in escam : et cunctis animántibus terræ, omníque vólucrí cæli, et univérsis, quæ movéntur in terra, et in quibus est ánima vivens, ut hábeant ad vescéndum. » Et factum est ita. Vidítque Deus cuncta, quæ fécerat : et erant valde bona. Et factum est vésperé, et mane, dies sextus.

Igitur perfécti sunt cæli, et terra, et omnis ornátus eórum. Complevítque Deus die séptimo opus suum, quod fécerat : et requiévit die séptimo ab univérso ópere quod patrát.

portant semence qui se trouve sur la terre entière, et tout arbre qui donne du fruit portant semence : ce sera votre nourriture. Et à toute bête sauvage, à tout oiseau du ciel, à tout ce qui rampe sur la terre, - tout ce qui a souffle de vie, - j'ai donné toute herbe verte pour nourriture. » Et il en fut ainsi. Et Dieu vit tout ce qu'il avait fait, et voici que c'était très bon. Et il y eut un soir et il y eut un matin : sixième jour.

Ainsi furent achevés le ciel et la terre, et toute leur armée. Et Dieu avait achevé, au septième jour, l'œuvre qu'il avait faite. Et il se reposa, le septième jour, de toute l'œuvre qu'il avait faite.

On ne répond pas Deo gratias, de même aux trois prophéties suivantes.

Oraison

✠. Orémus.

✠. Flectámus génuá.

Instant de silence.

✠. Leváte.

✠. Prions.

✠. Fléchissons les genoux.

✠. Levez-vous.

Deus, qui mirabiliter creásti hóminem, et mirabílius redemísti : da nobis, quæsumus, contra oblectaménta peccáti, mentis ratióne persistere ; ut mereámur ad ætérna gáudia pervenire. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

SECONDE LECTURE

In diébus illis : Factum est in vigília matutína, et ecce respiciens Dóminus super castra Ægyptiórum per columnam ignis, et nubis, interfécit exercitum eórum : et subvértit rotas cúrruum, ferebantúrque in profúndum. Dixérunt ergo Ægyptii : « Fugiámus Israélem : Dóminus enim pugnat pro eis contra nos. »

Et ait Dóminus ad Móysen : « Exténde manum tuam super mare, ut revertántur aquæ ad Ægyptios super currus, et équites eórum. » Cumque extendisset Móyses manum contra mare, revérsus est primo

Dieu, d'une manière admirable, tu as créé l'homme, et, d'une manière plus admirable encore, tu l'as racheté : fais que par la vigilance de l'esprit, nous résistions aux attraites du péché, et méritions d'arriver aux joies éternelles. Par Notre Seigneur Jésus-Christ, ton Fils, qui avec toi vit & règne en l'unité du Saint Esprit, Dieu pour tous les siècles des siècles.

EXODE XIV, 24 – 15, 1

En ces jours-là, il advint qu'à la dernière veille de la nuit, à l'aube, le Seigneur regarda, de la colonne de feu et de nuée, vers le camp des Egyptiens, et il mit la panique dans le camp des Egyptiens. Il bloqua les roues de leurs chars, si bien qu'on les poussait à grande-peine. Et les Egyptiens dirent : « Fuyons devant Israël, car le Seigneur combat pour eux contre l'Égypte. »

Et le Seigneur dit à Moïse : « Etends ta main sur la mer, et les eaux reviendront sur les Egyptiens, leurs chars et leurs cavaliers. » Et Moïse étendit la main sur la mer. La mer, au point du jour, revint à sa place.

dilúculo ad priórem locum :
fugientibúsque Ægyptiis
occurrérunt aquæ, et
invólvit eos Dóminus in
médiis flúctibus. Re-
versæque sunt aquæ, et
operuérunt currus, et
équites cuncti exercitus
Pharaónis, qui sequéntes
ingréssi fúerant mare : nec
unus quidem supérfluit ex
eis.

Fílii autem Israel perrexé-
runt per médium sicci ma-
ris, et aquæ eis erant quasi
pro muro a dextris et a
sinístris : liberavítque
Dóminus in die illa Israel
de manu Ægyptiórum. Et
vidérunt Ægyptios mórtuos
super littus maris, et ma-
num magnam, quam
exercúerat Dóminus contra
eos : timuítque pópulus
Dóminum, et credidérunt
Dómino, et Móysi servo
ejus. Tunc cécinít Móyses,
et filii Israel carmen hoc
Dómino, et dixérunt :

*Les Egyptiens, en fuyant,
allaient au-devant d'elle. Et
le Seigneur culbuta les
Egyptiens au milieu de la
mer. Les eaux revinrent, et
elles recouvrirent les chars
et les cavaliers de toute
l'armée du Pharaon, qui
étaient entrés dans la mer
derrière Israël. Il n'en resta
pas un seul.*

*Mais les fils d'Israël mar-
chèrent à sec au milieu de
la mer, et les eaux leur fai-
saient une muraille à droite
et à gauche. Le Seigneur,
en ce jour-là, sauva Israël
de la main des Egyptiens, et
Israël vit les Egyptiens qui
gisaient morts sur le bord
de la mer. Israël vit avec
quelle puissance la main du
Seigneur avait agi contre
les Egyptiens, et le peuple
craignit le Seigneur, et ils
crurent au Seigneur et en
Moïse, son serviteur. Alors
Moïse et les fils d'Israël
chantèrent au Seigneur ce
cantique :*



TRAIT

EXODE XV, 1-3

Cantémus Dómino : glorióse enim honorificátus est : equum, et ascensórem projéctit in mare : adjútor, et protéctor factus est mihi in salútem. *℟.* Hic Deus meus, et honorificábo eum : Deus patris mei, et exaltabo eum. *℟.* Dóminus cónterens bella : Dóminus nomen est illi.

Chantons au Seigneur : il se couvre de gloir ; cheval et cavalier, il les jette à la mer. Ma force et ma puissance, c'est le Seigneur : il fut pour moi le salut. ℟. C'est lui mon Dieu, je le célèbre, le Dieu de mon père, je l'exalte. ℟. Le Seigneur est un combattant, son nom est : Seigneur.

Oraison

℟. Orémus. Flectámus génuá.

℟. Leváte.

Deus, cujus antíqua mirácula étiam nostris sæculis coruscáre sentímus : dum quod uni pópulo, a persecutióne Ægyptiaca liberándo, dexteræ tuæ poténtia contulísti, id in salútem géntium per aquam regeneratiónis operáris : præsta ; ut in Abrahæ filios, et in Israelíticam dignitátem, totiús mundi tránseat plenitúdo. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Prions. Fléchissons les genoux.

℟. Levez-vous.

Dieu, aujourd'hui encore tu nous fais voir la gloire de tes miracles antiques, en opérant pour le salut des nations, par l'eau de la régénération, ce que tu as fais par la puissance de ta droite pour un seul peuple, en le délivrant de la persécution des Egyptiens ; fais que tous les peuples du monde deviennent enfants d'Abraham et participent à la dignité des fils d'Israël. Par Notre Seigneur Jésus-Christ, ton Fils, qui avec toi vit & règne en l'unité du Saint Esprit, Dieu pour tous les siècles des siècles.

℟. Amen.

TROISIEME LECTURE

ISAÏE IV, 2-6

In die illa erit germen Dómini in magnificéntia, et glória, et fructus terræ sublimis, et exultatio his, qui salváti fúerint de Israel. Et erit : Omnis, qui relíctus fúerit in Sion, et resíduus in Jerusalem, sanctus vocábitur, omnis qui scritus est in vita in Jerusalem.

En ce jour-là, le Germe du Seigneur sera un ornement et une gloire, et le fruit de la terre, un orgueil et une parure pour les réchappés d'Israël. Alors, ceux qui subsisteront dans Jérusalem, on les appellera saints : eux tous qui, dans Jérusalem, seront inscrits pour vivre.

Si ablúerit Dóminus sordes

Quand le Seigneur aura la-

filiárum Sion, et sánguinem Jerusalem láverit de médio ejus, in spírítu júdíci, et spírítu ardóris. Et creábit Dóminus super omnem locum montis Sion, et ubi invocátus est, nubem per diem, et fumum, et splendórem ignis flammántis in nocte : super omnem enim glóriam protéctio.

Et tabernáculum erit in umbráculum diéi ab æstu, et in securitátem, et absconsiónem, a túrbine, et a plúvia.

TRAIT

Vínea facta est dilécto in cornu, in loco úberi. *✠* Et macériam circúmdedit, et circumfódit : et plantávit víneam Sorec, et ædificávit turrim in médio ejus. *✠* Et tórular fodit in ea : vínea enim Dómini sábaoth, Dóminus Israel est.

Oraison

✠ Orémus. Flectámus génuá.

✠ Leváte.

Deus, qui in ómnibus Ecclésiæ tuæ filiis, sanctórum prophetárum voce manifestásti, in omni loco dominatiónis tuæ, satórem te bonórum séminum, et electórum pálmitum esse cultórem : tríbue pópulis tuis, qui et vineárum apud te nómine censéntur,

vé la souillure des filles de Sion et purifié Jérusalem du sang qui est au milieu d'elle, par un souffle de jugement, par un souffle d'incendie, le Seigneur créera, sur toute l'étendue du mont Sion et sur le lieu de ses assemblées, une nuée durant le jour, et une fumée, et durant la nuit, un éclat de feu qui flamboie.

Au-dessus de tout, sera la gloire du Seigneur, comme un dais et comme une tente, ombrage contre la chaleur durant le jour, refuge et abri contre l'orage et la pluie.

ISAÏE V, 1-2

Mon bien-aimé avait une vigne sur un coteau fertile. ✠ Il la bêcha, l'épierra, il la planta de ceps choisis, il bâtit une tour au milieu, ✠ Il y creusa aussi un pressoir. R. La vigne du Seigneur des armées, c'est la maison d'Israël.

✠ Prions. Fléchissons les genoux.

✠ Levez-vous.

Dieu, par la bouche de tes saints Prophètes, tu as déclaré à tous les enfants de ton Eglise que c'est toi qui, dans toute l'étendue de ton royaume, sèmes le bon grain et cultives le plant choisi : accorde à tes peuples, auxquels tu donnes le nom de vigne et de moisson,

et ségetum ; ut, spinárum, et tribulórum squalóre resecató, digna efficiántur fruge fœcúndi. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℟. Amen.

QUATRIEME LECTURE

In diébus illis : Scripsit Móyses cánticum, et dócuit fílios Israel. Præcepítque Dóminus Josue, fílio Nun, et ait : « Confortáte, et esto robústus : tu enim introdúces fílios Israel in terram, quam pollícitus sum, et ego ero tecum. »

Postquam ergo scripsit Móyses verba legis hujus in volúmine, atque complévit : præcepít Levítis, qui portábant arcam fœderis Dómini, dicens : « Tóllite librum istum, et pónite eum in látere arcæ fœderis Dómini Dei vestri : ut sit ibi contra te in testimónium. Ego enim scio contentiónem tuam, et cervícem tuam duríssimam.

qu'après avoir arraché l'amas de ronces et des épines, ils portent en abondance de bons fruits. Par Notre Seigneur Jésus-Christ, ton Fils, qui avec toi vit & règne en l'unité du Saint Esprit, Dieu pour tous les siècles des siècles.

DEUTERONOME XXXI, 22-30

En ces jours-là, Moïse écrivit un cantique et il l'enseigna aux enfants d'Israël. Et le Seigneur donna ses instructions à Josué, fils de Noun, et il lui dit : « Sois fort et courageux, car c'est toi qui introduiras les fils d'Israël dans la terre que je leur ai promise par serment ; et moi je serai avec toi. »

Et quand Moïse eut achevé d'écrire dans un livre les paroles de cette Loi jusqu'à la fin, il donna ses instructions aux lévites qui portaient l'arche de l'Alliance du Seigneur, et il dit : « Prenez ce livre de la Loi, et vous le mettrez à côté de l'arche de l'Alliance du Seigneur votre Dieu. Il sera comme un témoin contre toi. Car je connais ton esprit de

Adhuc vivente me, et ingrediēte vobiscum, semper contentiōse egistis contra Dóminum : quanto magis cum mórtuus fúero ? Congregáte ad me omnes majóres natu per tribus vestras, atque doctóres, et loquar audiētibus eis sermónes istos, et invocábo contra eos cælum et terram. Novi enim quod post mortem meam iníque agētis, et declibábitis cito de via, quam præcépi vobis : et occúrent vobis mala in extremo témpore, quando feceritis malum in conspéctu Dómini, ut irritētis eum per ópera mánuum vestrárum. »

Locútus est ergo Móyses, audiēte univérso cœtu Israel, verba cárminis hujus, et ad finem usque complévit :

TRAIT

Attēde cælum et loquar : et áudiat terra verba ex ore meo. ✠. Exspectétur sicut plúvia elóquium meum : et descendant sicut ros verba mea. ✠. Sicut imber super gramen, et sicut nix super fœnum : quia nomen Dómini invocábo. ✠. Date magnitúdinem Deo nostro : Deus, vera

rébellion et ta nuque raide. Si aujourd'hui, quand je suis encore vivant parmi vous, vous avez été rebelles envers le Seigneur, combien plus après ma mort ! Rassemblez auprès de moi tous les anciens de vos tribus et tous vos scribes : je prononcerai ces paroles à leurs oreilles, et je prendrai à témoin contre eux le ciel et la terre. Car je le sais : après ma mort vous allez vous pervertir et vous vous écarterez de la voie que je vous ai prescrite ; et le malheur vous atteindra dans les jours à venir, pour avoir fait ce qui est mal aux yeux du Seigneur en l'irritant par l'œuvre de vos mains. »

Et Moïse prononça aux oreilles de toute l'assemblée d'Israël les paroles de ce cantique, jusqu'à la fin :

DEUTERONOME XXXII, 1-4

Cieux, prêtez l'oreille et je parlerai, et que la terre entende les paroles de ma bouche !

✠. Que mon enseignement se déverse comme la pluie, que ma parole se répande comme la rosée, ✠. Comme les ondées sur la verdure et comme les averses

ópera ejus, et omnes viæ ejus júdícia. *✠*.
Deus fidéllis, in quo non est iníquitas :
justus, et sanctus Dóminus.

*sur l'herbe. Car j'invoquerai le nom du
Seigneur : ✠. Vous, magnifiez notre
Dieu ! Lui, le Rocher, son œuvre est par-
faite : toutes ses voies sont justice ; ✠.
Dieu de vérité et non de fausseté : il est
juste et il est droit.*

Oraison

✠. Orémus. Flectámus génua.

✠. Leváte.

Deus, celsitúdo humílium, et fortitúdo
rectórum, qui per sanctum Moysen
púerum tuum, ita erudíre pópulum
tuum sacri cárminis tui decantatióne
voluísti, ut illa legis iterátio fieret
étiam nostra directio : éxcita in
omnem justificátarum géntium ple-
nitúdinem poténtiam tuam, et da
lætítiam, mitigándo terrórem ; ut
ómniium peccátis tua remissióne de-
létis, quod denintiátum est in ul-
tiónem, tránseat in salutem. Per
Dóminum nostrum Jesum Christum,
Fílium tuum, qui tecum vivit et re-
gnat in unitáte Spíritus Sancti Deus,
per ómnia sæcula sæculórum.

✠. Amen.

✠. Prions. Fléchissons les genoux.

✠. Levez-vous.

*Dieu, grandeur des humbles et force eds
justes, par ce cantique sacré de ton
serviteur Moïse, tu as voulu instruire
ton peuple, de sorte que ce renouvel-
lement de la Loi nous servît aussi de
règle ; déploies ta puissance sur
toutes les nations que tu as justifiées ;
répands la joie dans les cœurs, et
bannis-en la terreur ; afin que ta mi-
séricorde ayant effacé les péchés de
tous, la vengeance annoncée se
change en salut. Par Notre Seigneur
Jésus-Christ, ton Fils, qui avec toi vit
& règne en l'unité du Saint Esprit,
Dieu pour tous les siècles des siècles.*



PROCESSION AUX FONTS BAPTISMAUX

Les fidèles sont invités à suivre le clergé et à s'approcher à leur suite des fonts baptismaux pour entourer nos catéchumènes pour leurs baptêmes. Pendant la procession, les chantres chantent le trait suivant :

Trait

Psaume XLI, 2-4

Sicut cervus desidérat ad fontes aquárum : ita desidérat ánima mea ad te, Deus. *℣.* Sitívit ánima mea ad Deum vivum : quando véniam, et apparébo ante fáciem Dei ? *℣.* Fuérunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi per síngulos dies : Ubi est Deus tuus ?

Comme un cerf altéré cherche l'eau vive, ainsi mon âme te cherche, toi, mon Dieu. ℣. Mon âme a soif de Dieu, le Dieu vivant. Quand pourrai-je m'avancer, paraître face à Dieu ? ℣. Je n'ai pas d'autre pain que mes larmes, le jour, la nuit, moi qui chaque jour entends dire : « Où est-il ton Dieu ? »

Arrivé au baptistère, le célébrant conclut la procession :

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum Spírítu tuo

Orémus. – Omnípotens sempitérne Deus, réspice propítius ad devotiónem pópuli renascéntis, qui, sicut cervus, aquárum tuárum éxpetit fontem : et concéde propítius ; ut fidei ipsíus sitis, baptísmatis mystério, ánimam corpúsque sanctíficet. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Prions. – Dieu tout-puissant et éternel, regarde favorablement la piété de ton peuple, qui va renaître, et qui aspire comme le cerf, à la fontaine de tes eaux ; fais dans ta bonté que la soif de la foi elle-même, par le mystère du baptême, sanctifie l'âme et le corps. Par Notre Seigneur Jésus-Christ, ton Fils, qui avec toi vit & règne en l'unité du Saint Esprit, Dieu pour tous les siècles des siècles.

℞. Amen.

BENEDICTION DE L'EAU BAPTISMALE

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum Spírítu tuo

Orémus. – Omnípotens sempitérne Deus, adésto magnæ pietátis tuæ mystériis, adésto sacraméntis : et ad recreándos novos pópulos, quos tibi fons baptísmatis párturit, spírítum adoptiónis emítte ; ut, quod nostræ humilitátis geréndum est ministério, virtútis tuæ impleátur efféctu. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.


Prions. – Dieu tout-puissant et éternel, sois présent dans ces mystères de ton grand amour ; sois présents dans ces sacrements ; et pour régénérer les nouveaux peuples que l'eau du baptême va t'enfanter, envoie l'Esprit d'adoption, afin que le geste accompli par notre humble ministère reçoive de ta puissance son plein effet. Par Notre Seigneur Jésus-Christ, ton Fils, qui avec toi vit & règne en l'unité du Saint Esprit, Dieu pour tous les siècles des siècles.

℞. Amen.

Puis, sur le ton ferial des préfaces :

... pour tous les siècles des siècles.

Le Seigneur soit avec vous.



er ómni- a sæcu-la sæcu-ló-rum. *℟.* Amen. Dómi-nus vo-bíscum.

Et avec ton esprit.

Elevons nos cœurs.

Nous les avons vers le Seigneur.



℟. Et cum spí-ri-tu tu-o. Sursum corda. *℟.* Ha-bémus ad Dómi-num. Grá-ti-

Rendons grâce au Seigneur notre Dieu.

Cela est digne et juste.



as a-gámus Dómi-no De-o nostro. *℟.* Dignum et justum est.

Vere dignum et justum est, æquum et salutaire, nos tibi semper, et ubique grátias ágere : Dómine sancte, Pater omnípotens, æterne Deus. Qui invisibili poténtia, sacramentórum tuórum mirábiliter operáris efféctum : Et licet nos tantis mystériis exsequéndis simus indigni : Tu tamen grátia tuæ dona non désérans, étiam ad nostras preces, aures tuæ pietátis inclínas.

Deus, cujus Spíritus super aquas, inter ipsa mundi primórdia ferebátur : ut jam tunc virtútem sanctificatiónis, aquárum natúra concíperet. Deus, qui nocéntis mundi crimina per aquas ábluens, regeneratiónis spéciem in ipsa dilúvii effusióne signásti : ut uníus ejusdémque eleméti mystério, et finis esset vítiis, et orígo virtútibus. Réspice, Dómine, in fáciem Ecclésiæ tuæ, et multiplíca in ea regeneratiónes tuas, qui grátia tuæ affluéntis ímpetu lætíficas civitátem tuam : fontémque baptísmatis áperis toto orbe terrárum géntibus innovándis : ut tuæ majestátis império, sumat Unigéniti tui grátiam de Spíritu Sancto.

Vraiment il est digne et juste, c'est notre devoir et c'est notre salut, de te rendre grâces, toujours et en tout lieu, à toi, Seigneur saint, Père tout-puissant, Dieu éternel. Qui, par ta puissance invisiblement présente, opères les admirables effets de tes sacrements. Et quoique nous soyons indignes de si grands mystères, néanmoins, ne nous retires pas les dons de ta grâce, mais écoutes favorablement nos prières.

Dieu, dont l'Esprit se mouvait au-dessus des eaux au commencement du monde, afin de donner dès lors à l'eau la vertu de sanctifier ; Dieu, qui, en lavant dans l'eau les péchés du monde criminel, as montré, dans le déluge lui-même, une image de la régénération, afin que par le mystère d'un seul et même élément une fin fût impoée aux vices et leur origine donnée aux vertues : Regarde ton Eglise et multiplie en elle les enfants de la régénération, toi qui combles de joie ta cité par une inondation de grâces, et qui ouvres la source du baptême sur toute la terre, afin que tous les peuples y soient renouvelés, en sorte que, sur l'ordre de ta majesté, cette source reçoive la grâce de ton Fils unique par le Saint Esprit.

De sa main, le prêtre divise l'eau en forme de croix, appelant sur elle la puissance de la Trinité. Puis il continue :

Qui hanc aquam regenerándis homínibus præparátam, arcána sui núminis admixtióne fecúndet : ut sanctificatióne concépta, ab immaculáto divíni fontis útero, in novam renáta creatúram, progénies cæléstis emérgat : Et quos aut sexus in córpore, aut ætas discernit in témpore, omnes in unam páriat grátia mater infántiam.

Procul ergo hinc, jubénte te, Dómine, omnis spíritus immúndus abscédât : procul tota nequítia diabólicæ fraudis absístat. Nihil hic loci hábeat contráriæ virtútis admíxtio : non insidiádo circúmvolet : non laténdo subrépat : non inficiéndo corrúmpat.

Le Célébrant touche l'eau de la main. Depuis que le Christ a touché l'eau du Jourdain, il l'a débarassée de toute puissance mauvaise, et en a fait le signe et l'instrument de la Rédemption.

Sit hæc sancta, et innocens creatúra, líbera ab omni impugnatóris incúrsu, et totíus nequítie purgáta discéssu. Sit fons vivus, aqua regénerans, unda puríficans : ut omnes hoc lavácro salutífero diluéndi, óperante in eis Spíritu Sancto, perféctæ purgatiónis indulgéntiam consequántur.

Le Célébrant trace trois croix sur l'eau en chantant :

Unde benedíco te, creatúra aquæ, per Deum ✠ vivum, per Deum ✠ verum, per Deum ✠ sanctum : per Deum, qui te in princípío verbo separávit ab árida : cujus Spíritus super te ferebátur.

En souvenir du fleuve qui, jailli de l'Éden, se divisait en quatre branches pour arroser « la terre entière », le Célébrant divise l'eau en forme de croix, et il la verse aux quatre points cardinaux, afin de sanctifier les quatre parties du monde. Il indique ainsi que tous les hommes sont appelés à la grâce du baptême.

Qui te de paradísi fonte manáre fecit, et in quátuor flumínibus totam terram rigáre præcépít. Qui te in desérto amáram, suavité indíta fecit esse potábilem, et sitiénti pópulo de petra produxit. Benedíco te et per Jesum Christum Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum : qui te in Cana Galilææ signo admirábili, sua poténtia convértit in vi-

Qu'il rende, par un secret mélange de la vertu de son nom, cette eau féconde pour la régénération des hommes, de sorte qu'après en avoir conçu la sanctification, cette divine fontaine produise de son sein très pur une race céleste, renée en créature nouvelle ; et que la grâce de la maternité spirituelle engendre à une même enfance ceux que séparent le sexe selon le corps ou l'âge selon le temps.

Ordonne donc, Seigneur, que s'éloigne d'ici tout esprit impuR. Que les forces diaboliques se tiennent à distance, qu'elle ne rôde pas aux alentours pour nous tromper ; qu'elle ne s'y glisse pas en cachette ; qu'elles ne tentent pas de corrompre cette eau.

